

mā diligamus, sensus est, quòd appetitus noster sensitivus Deo unicè adhærere debeat, quòdq; totam nostram vitam, non partem aliquam vitæ Deo consecrare debeamus: Quando requirit, ut Deum ex tota mente diligamus, sensus est, quòd omnes nostras cogitationes ad Dei amorem dirigere debeamus: Quando requirit, ut Deum diligamus ex tota virtute, sensus est, quòd omnes animæ vires & omnia corporis membra, intellectum, voluntatem, sensus interiores & exteriores, appetitum, sermonem, adeòq; quicquid habemus & quicquid possumus, ad Dei dilectionem & obedientiam ex dilectione DEI promanantem dirigere debeamus. Quisquis autem Patrem familias verè diligit, totam etiam ejus domum favore complectetur: Ergò, quo simus erga Patrem cælestem affectu, conveniet erga familiam ejus ostendere ac demonstrare: Proximi enim sumus conditione terrenæ nativitatis, & fratres spe cælestis hæreditatis.

*Quod ergo Discipulos meos attinet, JOHANNES Beier
 Ortranto Misnicus Chori Symphoniaci præfectus secundus ad nos
 accessit mense Martio anni CICCLIII^{ij}, ubi per annos primores
 beneficio communis seu civilis apud nos prandij, postea verò libe-
 ralis hospitiij fruitus usus fuit, & interea temporis in studiis lauda-
 bile incrementum fecit, namq; jam tūm de Evangelio tūm de Gra-
 titudine suā suorumq; duorum Commilitonum Carmen Latinum,
 Hexametrum recitaturus septimā vice publicè perorabit, ad quem
 numerum per banc vicennalem meam docturam Budiss. Schola-
 sticam nemo ascendit. Anno LIX. in festo Pentecostes carmen Hero-
 icum Latin. recitavit, ac pòst Elegiacum de Angelis in festo Michae-
 elis. Anno LX. sermone Latino prorsò Votum Januarium effudit,
 & pòst Cal. Septembr. de Tempore physicè considerato stylo eod.
 Anno LXI. mensè Februar. de Musicâ, sermone iterum prorsò; ac
 ligato pòst iterum in festo Pentecostali de bieroglyphicâ spiritus S.*

co-